

Dñica xiiij. p^r trinita.

sua redimāt. ideo cuilibet tali dicit **Aug^o**. Redime te hō cum viuis. redime teipm cū potes. redime te dñz precium in manu tenes. redime te ne dum te mors amara preueniat. et pñi simul et vitam disperdas. **Quinto** querunt aliq. quare deus tanta temporalia tribuit qui sibi nō seruiunt nec euz amant? **Ad** quod dñr q hoc facit pmo vt ppter talia bñficia ad ipm pueratur. cū enī nolunt timere penā gehēne vt a peccatis cessarent. tunc ipse ex sua bonitate bñ facit. vt sic eos alliciat ad bonum. **Iux** illud ps **Dedit** eis regiones gentium. et labores populoz possederunt. **Quare?** **Vt** iustificatiōes custodiant. et legem eis requirant. **Secdo** vt exemplum nobis bñfaciendi inimicis nris ostendat. **Quia** fm **Aug. sup Ioh.** **Dis** xpi actio ē nostra instructio. **Et** si xps benefacit inimicis suis. sic et nos. **Iux** illud **Mat. v.** Diligite inimicos vestros. et benefacite his q vos oderūt **Tertio** vt null^o christo seruiat p tpalibus qui cernit etiam malis elargiri. **Sexto** querūt aliq quare de^o paupibus interdū dat multos pueros. et diuitib^{us} sepe nullos? **Ad** hoc dñr quo ad paupes facit hoc de^o i signū dilectionis. et qui dat iumentis escā ipsoz. etiā pascit pueros eorū. **Vel** in signū benefactiōis dicēte ps. **Labores** manuum tuaz q māducabis beatus es et bene tibi erit. **Et** ifra. **Illy** tui sicut nouelle oliuarum in circūitu mense tue. **Sz** q diuitibus interdum dat nullos vt regibus vel pñcipib^{us} et c. hoc ideo facit ne a subditis amplius extor queāt habita multitudine pueroz. **Septimo** querūt aliq. quare interdū deus de medio tollit iuuenes. sinit viuere senes et debiles? **Ad** hoc dñr q tales iuuenes si sūt boni rapit eos p mortem ne mali fiant. **Iuxta** illd **Gal. iij.** **Bapt^o** est ne malicia imutaret intellectuz eius. **Si** autem sunt mali rapiūt ne peiores fiāt. **Quia** dicit **Ambro. sup Lucā.** **Meli^o** cēt pctōrib^{us} male agentib^{us} mori q in peccatis diu versant ne pena ipsoz augmentet. **Quia** fm **Aug.** tāto enī qsqz tollerabiliorē habebit dānationē qz quāto minorē hic habuit iniquitatē. ideo dicit **Vene** oīa fecit. et hoc quo ad tertiū.

Dñica. xiiij. post trinitatis. Sermo p^rmus.

Ex propter trāsgressiōē posita ē. **Ita** scribit in epla hodierna que scribit ad **Gal. iij.** **Dicit** **Ambro. in Hexame.** q apes regē electo obediunt vt quasi suis legibus obtemperant. **Naz** ita sunt disposite in agmine suo vt nulla est ociosa **Nam** quedā certant quasi bello campestri cō

tra alias apes. **Alie** inuigilāt super victū. alie futuros explorant imbres et speculātur pcursus. **Alie** ceras de floribus sugunt. **Alie** cellulas nunc rotundas nunc quadratas mira conuexione et equalitate componunt. et tamē iter diuersa opera nulla raptu victuz querit. sed p prio volatu et labore iter herbas et flores que sibi sunt conuenientia recolligit. **Sz** et apes q non obtemperant regi ppra condemnatiōe se stimulant vt aculei sui vulner e moriūtur. **Do** raliter p apes intelliguntur homines qui ad similitudinem apum elegerunt et adhuc eligūt sibi reges. **Nam** legit. **Reg. viij.** q ppls israel petiuit **Samuelē** vt pstitueret eis regē. **At** ille dixit eis ius regis di. **Hoc** erit ius regis q imperaturus ē vobis. **Filios** vestros tollet et ponet in curribus suis. facietq equites et pcursores quadrigaz suaruz. et constituet sibi tribunos et cēturiōes et decuriōes et aratores agrorum suorum. et messorēs segetum. et fabros arborum curruumq suorum. multaq alia posuit ibidē. **Et** sequitur q noluit popul^o audire vocem **Samuelis**. sed dixerūt. nequa q. **Erit** enī rex super nos. et erimus nos sicut omnes gentes. et iudicabit nos rex noster. egredietur enī ante nos et pugnabit bella nostra p nobis. **Et** audiuit **Samuel** oīa verba populi. et locutus est ea in auribus domini. **Dixit** autēz domin^o ad **Samuelem**. **Audi** vocem eorum et cōstitue super eos regē. **Sicq** electus fuit in regē saul scz ab omni populo. **Sic** adhuc electio reguz debet esse vnanimis et pcorz ab omni populo **Electo** ergo rege debent populi sibi obedire. et legib^{us} suis obtemperare. et debēt diligētē videre illi qui regunt populū q nullus sit ociosus. qz multam maliciā docuit ociositas. vt dñr **Acti xxxij.** sed sic statuet vt ad similitudinē apum aliq pugnēt in bellis ptra inimicos vt rempublicam pturbātes vt sunt milites et militares. **Quia** dicit **Aug^o. xxiij. q. j.** **Apud** militiā enī hac intentione debet exerceri vt mali cohibeātur et boni subleuent. **Itez** videat rex vt alij in vigilent sup victum querendū suis scz manib^{us} vt rustici et alij i ciuitatibus mechanici. **Quia** dicit ps. **Labores** manuum tuaz qui manducas bis. beat^o es et bñ tibi erit. **Ite** q alij explorāt pluuias. i. salubres doctrinas. vt pdicatores sacerdotes et scholarū rectores. qz nō in solo pane viuit hō. sz i omni vbo qd pcedit ab ore dei. **Mat. iij.** **Ite** videat rex q alij sint muratores et carpētarij qui faciūt domos ecclesiasticas. qz dicit **Arif. iij. poliē.** **Ciuitas** nō pstat bit ex vna pte sed pluribus. quaz vna ps sint agricolae. scda ps artifices manuales. tertia bi qui negociantur circa forz. quarta mercenarij

quinta pugnatores armigeri quos necessariū ē in ciuitatib⁹ existere q³ possunt resistere inimi-
B cis. Et si viderit rex aut rector q³ aliqui sint le-
gis transgressores puniat eos. q³ ppter tales
forte sunt plature et rectores. vt pulchre decla-
rat **Pe. raueni.** in suo epistolari li. viii. epla. j.
Ad extollenda inqt iustoz pconia et ad repri-
medas insolentias transgressorz. pspiciēs e ce-
lo iusticia erexit in populis regnantū solia. et
diuersoz pncipuz potestates. Caruisset nāq³
libenter humana conditio iugo dominij. nec li-
bertatē a se quaz eis natura donauerat homi-
nes abdicassent nisi q³ impunita licentia scele-
rum in euidentē pncipem hūani generis redū-
dabat. et sic necessitate qdam oportuit naturā
subesse iusticie. et seruare iudicij libertatē. Sed
nec extrinsecus ex q³ri decuit aliam creaturaz.
sed homo platur ē homini vt gratioz platuraz
efficeret idēptitas speciei. et subdit. potissime
tū diuina scia. pfectit ad pplorz impiū dū ostē-
si sibi figura nūminis in redditiōe cēsus
et solutionibus tributoz pte ceteris regib⁹ ce-
saree forme psignauit fastigiū cui subiecit om-
nimodas. nec ad hoc soluz vt eis imperādo p-
esset. sed vt ipsius potius iusticie copiaz minis-
trando prodesset. ne p impunitatem criminuz
conualescat insolentia transgressorz. **Ex** his
verbis **Petri raueni.** soluuntur tres conditio-
nes. **Prima** quare necesse fuit regimen regis i-
ter homines itroduci cū homo nataraliter de-
sideret libertate gaudere. **Responso** est ne im-
punita licētia scelerum iusticiam extirparet. et
oportuit libertatez subesse iusticie. **Secūda** q³
re nulla species alia creature assumpta ē i re-
gimen hoīs. q³ videlicet homo est aīal ratio-
nale habēs in se imaginē trinitatis. et iō nulle
creature subijci debuit corpali q³ imagine tali
careret. nec angel⁹ ei platur est. s³ hō homini vt
gratioz efficeret plationē idēptitas speciei
Tertia q³ iter reges regēdi tenet fastigiuz. re-
sponsio q³ imperator ex sententia saluatoris.
Mat. xxi. Reddite q³ sunt cesari cesari. et que
sunt dei deo. **Regna** enī q³tuor impialia pte-
rierūt fm cronicas et pphetiā **Danielis.** vide-
licet grecoz. p³az. assyrio. et romanoz. **Im-**
periu enī romanoz q³ p **Cōstātinum** ad gre-
cos fuit trāllatū aut diuolutū trāstulit roma-
na ecclia ad teutonicos i psona **Karoli magni**
pipini tpe Stephani scdi. vt extra de electi. et
electi potes. venerabilez. **Et** iste imperator ro-
mano. est rex reguz cui omnes subsunt natio-
nes et populi. q³ videlicet ab eo tēporalia acci-
piunt. **Sacerdotio** tamen et summo pōtiffici de-
bet subesse. vt de mari. et obedi. **Solus** enī pō-
tiffex antecellit i spūalibus que tanto sunt cor-

poralibus digniora quanto anima pferet corpi
Bene g³ summus pōtiffex pcellere impatorē de-
clarat autoritate duplici. **Una** est q³ dixit dñs
p **Diere.** q³ fuit sacerdos. **Ecce** conitui te sup
gētes et regna. **Diere. j.** **Alia** ē **Gen. j.** vbi d^r q³
de⁹ fecit duo lumina magna. i. duas pates
instituit. q³ sunt pōtifficalis dignitas et regalis
ptas. **Sed** ista que pēt diebus. id ē. spūalibus
maior ē. **Que** vō nocti. i. tēpalib⁹ et carnali-
bus minor ē. **Et** hi duo videlz papa et impator
habēt cōdere leges ad puniēdū trāsgressores
de quo dicunt verba apli allegata. **Lex** ppter
trāsgressiōē posita ē. **Pro** quo ē notandū. re-
qrūt enī leges q³ debito mō fiant q³tuor. videlz
subtilitatē mature deliberatiōis. vtilitatē secu-
re cohabitationis. autoritatez mēsure obliga-
tionis. equalitatē mēsure distributiōis vt di-
cit **Polkot** sup li. **Sap. lec. cxcviij.** **Prim** ergo
leges vt debito mō statuāt requirunt sub-
tilitatez mature deliberatiōis. nō enī subito et
ex rupto possunt leges vtiliter statui. **In** cui⁹
signū **Moyse** cū deo quadraginta dieb⁹ fuit
qū legem scriptam accepit. p quod tps **Moy-**
ses fecit conuiuiū. ad designandū q³ legillato-
res sobrietati non festis et conuiuijs vacare de-
bent. p tempore quo leges condunt. **Sunt** enī
leges que ordināt ad bonū anime principalio-
ribus artibus medicantiū vt dicit **Aristo. vi.**
politicoz. **Ergo** leges medicinales homi-
nib⁹ nō denē sine pmeditatione et sollicitudine
matura. **Constat** q³ nec leges morales sine ma-
turityte dari possunt debita nec debēt. **Ideo**
scribit **Justinian⁹** i plogo instituto. q³ cū sū-
ma diligētia et summis vigilijs p prudētissimoz
rum virozum solertiam leges fecit et illud vo-
lumen compegit. **Est** enim lex posita principa-
lis pars politie. et maxime necessariū est cōmu-
nitati humane q³ aliqui fiant boni legispositiui
sive legillatores. vt dicit **Aristoteles. x. ethico-**
rū. **Prebebat** autem **Aristo. trib⁹** vltimis ca-
pitulis istius libri tres conclusiones. **Prima** ē
q³ ad faciendū hoīs virtuosos non sufficit so-
lus fmo p³uasius. **Scda** ē q³ ad hoc nēcia ē
bona p³suetudo. **Tertia** q³ bona cōsuetudo si-
ne legibus haberi nō pōt. **Prima** pclusio ptz
q³ iuuenuz aliq³ liberales sunt q³ apti nati sunt
fugere turpes delectationes ex sola verecūdia
Degeneres sunt et inobediētes. qui qualescū-
q³ delectationes psequunt nisi p penam ptra-
riam castigēt. **Insanabiles** sunt qui nec penis
nec p³suasiōib⁹ a p³auis delectationib⁹ re-
trahūtur. **Bonīs** ergo iuuenibus sufficit fmo
p³uasius. quia statim alliciuntur ad virtutem
considerata turpitudine vitiosa delectatiōis.
et honestate vtut. **Sz** iobediētib⁹ et rebellib⁹

Dñica xiiij. p^a trinita.

non sufficit sed requiruntur pene et punitiões
p infanabilib⁹ quos non corrigibiles dicimus
requit exterminatio siue mors. Dicit eni **Galienus**. sicut refert **Vincen.** in specu. c. c. Omne
auxilium medicine totius corporis reatum ē. vi
delicet qd medicamēto curari nō pōt ferro cu
ref. Si aut nō ferro tunc igne. Qd autē nullo
istoz trium separi poterit incurabile estimet.
Moraliter medicamētū ē occulta correctio et
charitatiua. ferri exclamatio. ignis excomuni
catio. Et q istoz triū ē icurabilis infanabilis
iudicat. cui debet mors vel exterminatio fm
Aris. x. ethic. Oportet bonos vocare ad vtu
tes p premia. malos autem p penas infanabi
les totaliter exterminare. De hoc etiā dicitur
Mat. xviij. Si peccauerit i te frater tu⁹ vade et
corrige eū iter te et ipm solū. s. occulte et chari
tative. si audierit te lucratus es eū. Si aut nō
audierit te adhibe vnū tecum vel duos. s. quā
tū ad exclamatiōē aut aptam correctiōē vt
i ore duoz vel triū testiū stet omne vbu. Qd
si nec eos audierit dic ecclie Si aut eccliaz nō
audierit sit tibi qsi ethnicus. s. qdū ad cōicati
onem. ptz g q nō sufficit ad humanaz vtu
tem sol⁹ sermo psuasiv⁹. Scda vō cōclusiō videlz
q ad hoc est nēcia bona psuetudo seqt ex pdi
ctis. Illd eni necessariū ē ad vtuē p qd et sine
quo nō exterminat passio iclinans ad vitiū. s.
bmōi ē bona psuetudo. Quia sicut dictū est so
la doctria nō sufficit. Triplex eni fuit antiquo
rū snia de eo qd est hoies fieri vtuosos. Dixe
rūt aliq q hoies fierēt boni p naturā puto ex
naturalibus cōplexionib⁹ cū impressione cor
poz celestium. Alij dixerunt q hoies fierent
boni p exercitiū. Tertij dixerūt q hoies fierēt
boni p doctrinaz. Et ista dicta aliquantū oia
sunt vera. Naz quidam mox a natiuitate sunt
dispositi ad fortitudinē vel ad tpantiā. Et hec
dispositio naturalis est vtus imperfecta. Sz dī
vj. ethic. dū ad pfectiōē requit doctrina q est
pfectio rōnis. Sz qn vtuēs morales sūt i ap
petitu nō sufficit cum naturali dispositiōe do
ctrina. sz vlti⁹ requit psuetudo p quā ipse in
clinef ad bonū. hz eni psuetudo quādā bonaz
violentia inclinātē ad bonū. Ex quo ptz q ad
bonitatē mox requit bona psuetudo. Tertiā
pclusiō videlz q ad bonam psuetudinē requit
bona lex seu requirunt bone leges. Sic g ostē
ditur q bona psuetudo iaz ē necessaria ad bo
nos mores. qz bona psuetudo inducit quādā
necessitatē ad bonū. sz hec necessitas sine legi
bus ordinātis nō habet. Habet eni lex quādā
vim coactiuā inquantū p similitudinē vl saltē
p aliquā psonā q multitudinis vices gerit in
stituit. et ideo necessariū ē habere bonos legis

latores. tum ppē iuuenes q sine difficultate a
passionib⁹ nō retrahūt. tum ppter viros i pfe
cta etate vt p bonas leges bone in eis consue
tudines obseruentur. Et ideo requirunt leges
qdū ad sui institutionē subtilitatē mature deli
beratiōis. Scdo requirunt leges vtilitatē se
cure cohabitatiōis. hec est legū causa finalis
vt hoies possint pcoridē ad inuicē cohabitare
Unde **Aristo. iij. polit.** q ciuitas ē cōmunica
tio bonaz actionū. ppter bñ agere ex generi
bus et domibus grā vite pfecte sufficit. Et. viij
ethicorū. c. j. dīc. q amicitia maxime videtur
cōtinere ciuitates et legispositores magis stu
dent circa eaz q circa iusticiā. Concor dia eni
glorie ad amicitia videtur esse. Hāc aut maxi
me appetunt. et contentiōē inimicū existentē
maxie expellūt. hec **Aris.** Ideo **Isid.** ij. ethic.
ca. iij. in descriptione populi cadat cōcordia.
dicit eni. Popul⁹ est humane multitudinis iu
ris consensus et cōcordi cōioni sociatus. et cō
cordat cū dicto beati **Aug.** de verbo dñi fmo
ne. xvj. vbi cōmendans vnitatē dicit sic. Vnū
cogitate fratres mei et videte in ipsa multitudi
ne si delectat nisi vnū et propitio deo q multi
estis qs vos ferret nisi vnū speraret. Unde de
multis quies illa dat vnum. et populus iste tol
le vnum et turba est. Et tamen **Aug.** ij. de ciui
tate dei. ca. xxxiij. docet quid sit populus fm
sentētiā scipionis. Et dicit q respublica ē res
populi. Populū autem dicit scipio nō omnem
cetū multitudinis. sz cetū iuris consensu et vti
litatis consone sociatū. Ex qua diffinitione li
quet q nulla multitudo sine concordia popu
lus dici potest. Respublica sine populo eq nō
potest esse sicut nec respublica sine concordia.
Ideo dicit **Aug.** recitans vba scipionis de ci
uitate dei. c. xvj. Quod est armonia i cantu ea
est cōcordia in ciuitate. Sicut eni ex distinctis
sonis i fidelibus concors concentus efficitur
ita ex summis et infimis et medijs iteriectis or
dinib⁹ hec vnanimitas et dilectio mutua finis
quē legispositiōis intēdit. Juxta illud ad **Ro
manos. xiiij.** Legis plenitudo est dilectio. Ter
tio requirunt leges auctoritatem mansure obli
gationis. Ita sic non nisi cum summo studio et
consilio instituuntur. Ita nec sine causis maxi
mis abrogentur nec infringantur nec a statuē
tibus nec a subditis. Quia dicitur extra d cō
stitū. cum omnes. Quod quisq iuris i alteruz
statuerit ipse debet vti eo. Et sapientj dictat au
toritas patere legem quam ipse tuleris. id est.
statueris. Ideo refert **Valerius** in polirate li
bro. vj. q **Calempus** vrbis romane isignis se
nator saluberrimis legib⁹ romanos munerat
Inter quas erat ius ab eo institutum q depre

hensus crimine aulterij vtroq; oculo puare
tur. At vero cum eius filius esset in tali crimi-
ne deprehensus. cum ciuitas in honorem pa-
tris necessitate pene adolescentulo relaxaret
pater diu repugnauit. Ad vltimum tamen pre-
cibus superatus. Sed ne lex patere lesionez
sibi primum. deinde filij eruto oculo vsum vi-
dendi vterq; retinuit. vt debitum supplicij nō
dimitteret. et modo legi redderet eq̃tatez et ad
mirabili compamento legi satisfecit. et sic se in-
ter misericordem et iustū legislatozem est par-
titus. Idem refert Valerius etiam de Tarun-
do thirio qui legē statuit propter obsidiosas
contentiones ciuium. vt si quis senatoruz con-
siliū intraret cum gladio aut ferro. continue
interficeretur. Et interiecto tēpore longinquo
itinere domum veniens gladio cinctus subito
in dicta p̃tentiōe sicut erat cinct⁹ gladio p̃ces-
sit. Et cuz eēt admonitus de solutiōe legis ab
eo qui proxime stabat. Ille p̃mo se precinctuz
gladio considerans. Ego inquit satisfaciāz le-
gi. Et gladio protinus extracto icubuit super
eo. licet licuisset dissimulare culpaz vel errorem
defendere. obligationez tamen maluit reporta-
re ne aliqua fraus legi fieret ab eo edite et sta-
tute. Sed his temporibus vt dicit Valerius li-
bro septimo. leges araneorum tales cōparan-
tur. vt aiebat Salomon philosophus. Nam vt
illa tela infirmiora animalia retinere dicebat.
valentiora vero dicebat trāsuolare. His itaq;
legibus humiles et pauperes constringi. diui-
tes vero et potentes nolle alligari. Reprobant
etiā Aristoteles leges Ipodomij. q̃ fuit vn⁹ de
antiquis legislatoribus. iij. politicorum i mul-
tis. Et specialiter in hoc q̃ statuit legem talez
quantum ad legislatores. q̃ quicunq; inue-
niret aliquod nouum expediēs ciuitati. hono-
rem aliquē reportaret. Et quia lex videtur ha-
bere bonam apparentiam. ideo occasione istius
us legis disputat istam questionem. **Q**uā ex-
pediat ciuitati frequenter mutare p̃mas leges
p̃ melioribus legibus nouiter adinuentis? Et
apparet q̃ sic. quia sic ē in alijs artibus. vtpu-
ta medicinali et musica. q̃ quedaz approbata
ab antiquis doctorib⁹ sunt mutata. Tū quia
multe d̃ talibus legibus sunt valde barbarice
et irrationabiles. sicut q̃ ciues poterāt vxores
suas vendere pro ferro. Tū quia homines an-
tiqui fuerunt quasi brutales insensati. Tū qz
leges sunt scripte vniuersaliter. Actus vō ho-
minum particulares sunt. et verum nec possunt
regi per vnā legem. Ad istam vero q̃stionez
vult Aristoteles dicere. q̃ nullo modo expedi-
at ciuitati vt faciliter mutet vel abroget leges
antiquas pro legibus nouis. etia3 si aliqd mo-

dicum vtilitatē ciuitati peruenit per leges no-
uas. Et ideo dicit q̃ illa lex Ipodomij nihil fu-
it. Quod patet. quia si inuenienti nouam legē
et vtilitatem ciuitati aliquis honor daretur. ex
hoc quidem iuuenes ingeniosi insisterent mul-
totiens circa inuētiōes nouarum legū specie
cōmunis in abrogatione veterum legum. et sic
de facili inducerent mutationez totius politie
Ideo dicit Aristoteles q̃ leges antique debēt
esse maioris reuerentie et stabilitatis. Unde fa-
ciliter condere leges nouas et faciliter imuta-
re antiquas est multipliciter et mirabiliter ciui-
tati nociuuz. quia hoc nihil aliud est nisi adas-
fuescere leges dissoluendum et ad paruipendē-
dum obligationem legis. Ideo melius est susti-
nere quosdam modicos errores et leues q̃ sol-
uere leges antiquas. quia qui frequēter leges
mutant plus nocent q̃ proficiant. quia assuefa-
ciunt ciues ad non obseruandum statuta prin-
cipum et p̃cepta. Unde tenet Aristoteles. q̃
qui faciliter legem mutant legis virtutez debi-
litant. Nec est similiter fm cum de artibus et le-
gibus. Nam virtus et efficacia artium et scien-
tiarum fundatur super rationem. et ex natura-
li ratione habent vim suam. Leges autē positi-
ue in multis nō habent obligationē nisi ex con-
suetudine et obseruatiōis vetustate. et ideo mu-
tare p̃suetudinez ē debilitare legē. vt. ff. de legi-
bus et cōstitutionibus i longa consuetudine. l.
nō omniū. Nec eni ad omnia que maiorib⁹ cō-
stituta sunt ratio reddi potest. vt. c. sequēti. Et
ideo ratioēs eoz q̃ p̃stituūt inq̃ri nō oportet
alioqn multa q̃ certa sunt subuerterent. Si vō
essent alique leges antique q̃ manifeste cōtine-
rent p̃niciem ciuitati de maturo consilio abro-
gari debent. Ideo etia3 d̃r d̃f. x. Cōstitutiones
contra canones et decreta p̃sulum romanorū
nullius sunt momēti. Quarto requirunt leges
equalitatem mēsure et distributiōis. vt. f. leges
sint omnibus cōmunes qui sunt eiusde3 condi-
tionis. et quod vni est licituz omnibus liceat. et
quod vni ē interdictū omnib⁹ sit illicitū. Hoc
tū intelligi nō debet sic q̃ oīs lex equaliter oēs
ciues cōplectat cū et alie leges debeant militi-
bus. alie artificibus. alie agricolis. alie dñis
alie suis. s3 oib⁹ eiusde3 p̃ditionis et stat⁹ deder
ipsa lex data esse cōmunis. Ideo q̃ volūt aliaz
republicā seu cōmunitatē quācunq; p̃stitue-
re ex p̃sonis non eq̃libus necessario destruunt
ordinē et pulchritudinē reipublice q̃ stat in di-
uersorū graduum p̃ueniēti p̃portiōe. Tū dicit
Aug. d̃ ci. dei. li. xxix. Pax oīuz rez ē trāquil-
litas ordinis. Ordo vō ē parium dispariumq;
rez sua cuiuslibet loca tribuēs dispositio. Et p̃-
sequens vbi ē omnimoda paritas ibi nullus

Dñica xiiij. post trinita.

est ordo. Et Aris. viij. pol. dicit. q. lex ē qdā ordo et bona legislatio ē bona ordinatio. Et. iij. pol. dicit. qd iustū ē et equale fm vtutē equale recipit et inequale. Est enī vnitas ciuitatū sicut vnitas aialis que ī bona pportione p̄sistit.

De eadem dñica. Sermo secundus.

Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enī vobis q. multi reges et pphete voluerunt videre q. vos videtis et nō viderūt. et audire q. vos auditis et nō audierunt. Luc. x. Aris. i. pbleumatis sic dicit. Pueri in iuuentute respectu sui corporis maiores habēt oculos q. ī senectute. et causa illi ē. q. hñt humidū cerebrū. q. p̄ abūdant ī humiditate cerebri in iuēntute q. ī senectute. Et ppter eādē hūiditatē pueri sunt somnolētiōres et grauiōres ī capitib⁹ eorū q. senes et p̄mptiores ad lachrymādū ī fletu. Sūt etiā acutiōres ī visu. q. oculi eorū sunt magi dispositi ex pte organi q. ī seio. si enī senex hñt oculos vt iuuenis videret vt iuuenis. Moralit̄ p pueros itelligūt fideles hoies. de q. b. p̄s. Lau date pueri dñm. Et p̄ncipalit̄ illi q. fuerūt ī veteri testamēto et in p̄ncipio ecclie p̄mitiue. q. tpa itelligunt p iuuentutē. Sicut g. pueri ī iuuentute habent maiores oculos et vident acuti⁹ sic ipsi fideles tanq. pueri dei magnos habuerunt oculos nō corporis sed mētis et acute viderunt ipsum deū añ multa tpa. Illoz puerorū ī antiquo testamēto fuit Moyses qui vidit chri stū vēturū. vt habet Deut. xviij. Prophetam inq̄t de gente tua. i. d. iudeis et de fratribus tuis suscitabit dñs deus tuus. ipsū sicut me audietis. Ista autoritas p̄ncipaliter itelligitur de xpo Act. viij. qui fuit ppheta magn⁹ ad quē pphetie antiquorū pphetarū fuerunt ordinate licet hanc iudei et hebrei itelligant p̄ncipaliter d. Josue qui successit īmediate Moysi. Ali⁹ us ppheta fuit Aggeus. qui etiā p oculos mētis sue videns christū ait ca. ij. Veniet desideratus cunctis gentibus. Tertius puer ī antiquo testamento fuit Esa. qui acute vidit q. ait ca. viij. Ecce vgo p̄cipiet et pariet filiū. Quartus fuit Zacharias. qui videns christū ī spiritu incarnādū ait ca. ix. Ecce rex tuus venit tibi māsuetus. Et ponit p̄teritū p futuro ppter certitudinē pphetie. Ecce qualiter isti pueri ī iuuentute antiqui testamenti alios oculos mētis habuerūt. et deū acute venturū viderūt. Et nō solū illi. sed etiā hī in iuuentute p̄mitiue ecclie acute viderūt sicut apli qui oculis corporalibus viderūt xpi humanitatē s. oculi mētis

talib⁹ viderunt ei⁹ diuinitatē. quoz p̄ncipali⁹ s fuit Petr⁹ q. ait Mat. xvi. Tu es xps fili⁹ dei viui. Sup quo dicit Leo papa in omel. Petr⁹ apls p reuelatiōes summi p̄ris corporea superas et hūana trāscēdēs vidit oculis mētis filium dei viui. et p̄fessus ē glia⁹ diuinitatū et deitatis. Io dñs ī p̄nti euāgelio b̄tificat ipoz oculos q. vidēt ea q. ipi viderūt cū dicit. B̄ti oculi In quo p̄ncipaliter tria describunt. Primo visio dei q. cōmēdat ibi. B̄ti oculi q. vidēt. Secundo dilectio q. necia sit declaratur ibi. diliges p̄ximū. Tertio q. sit p̄xim⁹ manifestat. ibi. suscipiēs eū. Quātū ad p̄mū visio dei cōmēdat euz dicit. Beati oculi q. vidēt q. et c. Pro quo nota q. visio xpi ē q̄druplex. corporalis et penuriosa. delectabilis et glorioza. terribil⁹ et formidolosa. mentalis et gratiosa. Prima fuit corporalis et penuriosa. et hec fuit in incarnatiōe. quia ī paupertate sue humanitatis visus est. et cū hominibus cōuersatus est a natiuitate sua. sicut angelus dixit pastoribus Luc. ij. Inuenietis ī fantē pannis inuolutū. vbi ostendit p̄mo eius puritas et innocētia p̄tra luxuriā ī illo q. iste q. est sapia increata infans factus est. Secundo eius paupertas et indigentia p̄tra avariciā. eo q. panis vilibus inuolut⁹ est. Tertio eius humilitas et obediētia p̄tra supbiā in eo q. in p̄sepio est locat⁹. q. p hoc xps voluit extirpare hec tria p̄ctā noīata quoz heu mūdus plen⁹ ē. j. Jos. ij. Omne qd est ī mūdo aut ē p̄cupiscentia eorum. vt in antiquis et avaris. Aut p̄cupiscentia carnis vt ī iuuenibus et luxuriosis. Aut superbia vite. ī omnibus. Et hec penuria durauit ī christo vsq. ad mortē. Iuxta illd Luc. ix. Vulpes foueas habent et volucres celi nidos. fili⁹ us autē hoīs non habet vbi caput suum reclinet. Ista visione viderūt cū apostoli. et sunt beati sicut testat̄ Jos. j. cañ. c. j. Vidim⁹ oculis nostris cū ipso p̄uersando. et p̄sperim⁹. id est. p̄fectius insperimus. et manus nostre p̄trecta nerūt de verbo vite. Et post pauca. Vidim⁹ iquit. s. nos apostoli ceteris clarius testamur et annūciamus vobis. Circa hoc oritur vna dubitatio. Ex quo christ⁹ visus est in sua benedicta incarnuatione an scribe vel pharisei v̄l etiā demones viderunt. id ē. cognouerunt euz esse deuz? Videtur q. sic. Nam principes et maiores sciebant eum esse illū qui fuerat promissus in lege. vt dicit beat⁹ Augustin⁹ libro questio num noui et veteris testamenti. Sed fm p̄phetas debuit esse deus. Esa. ix. qui dicit sic. Deus fortis pater futuri seculi. Ergo cognouerunt eū esse deum. Preterea sicut amare ita odire p̄supponit cognitionem sed audiebāt q. fuit deus. ergo sciuerunt eum esse deuz. Qd